Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/313416

7a

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUILIELMUS NICOLAUS PESTERS,

Rheno-Trajectinus.

A. D. X. M. MAJI A. MDCCCLIV, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCCLIV.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA GIEBEN & DUMONT.

THESES.

I.

Jus offerendi priori creditori contra sequentem competit.

II.

Non assentiendum videtur clariss. SAVIGNY, propter mutuam pecuniam tantum antiquitus addictionem locum habuisse.

III.

Maritus, qui patitur uxorem scientem usucapere rem suam ei ab extraneo donatam, hanc vindicare potest cum sit donatio prohibita.

IV.

Non facio cum clariss. SCHEURL, *Beiträge zur Bearbeitung des Röm. Rechts*, p. 96, in jure cessioni hereditatis nondum aditae inesse repudiationem.

V.

Cessio hereditatis non prorsus cum in jure cessione evanuit.

VI.

Emtor rei locatae pensionem a conductore exigere potest licet cessio vel mandatum non intervenerit.

VII.

Liberi naturales non agniti a matre alimenta petere possunt si maternitas probata est.

VIII.

Non adsentior ampl. DIEPHUIS, *ad art.* 786 *Cod. civ.* statuenti, reditus fundalitii nomine actionem dari in personam.

IX.

Non facio cum eodem juris interprete negotiorum gestori ipso jure usuras deberi.

X.

In art. 333 Cod. civ. verba »zij kan alzoo ten aanzien van de erfopvolging niet strekken ten voordeele van wettige voorkinderen," sunt enuntiativa.

XI.

Mulieri in communione lucri et damni non conceditur jus abstinendi.

XII.

Usurae praemii in foenore nautico omnino peti possunt.

XIII.

Creditor privilegia in art. 313 et 315, Cod. merc. concessa exercere non prohibetur, navi propter commissum publicata.

XIV.

Si incendium culpa filii minoris in aedibus patris assecurati habitantis ortum est, assecurator solvere tenetur.

XV.

Magister navis etiam post viginti dies, art. 490 Cod. merc. indicatos, contra consignatum qui literas recognitionis suscepit agere potest.

XVI.

Recte delicta peregre a nostratibus commissa hic puniuntur.

XVII.

Qui delictum futurum non detulit recte non punitur.

XVIII.

Gratiae jus merito in lege fundamentali regi concessum est.

XIX.

Furtum, a tabellariis sive postarum publicarum officialibus admissum, lege accuratius definiendum et speciali poena vindicandum est.

XX.

Epistolae ad reum missae, sive ab eo scriptae, non apprehendi possunt apud postarum administrationem.

XXI.

Praemia exportationis sunt improbanda.

XXII.

Damnum monetae tritae a civitate ferendum videtur.